

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

Iesus ad columnam ligatus flagellatur Art. & Hom. XXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

mis occasionibus orientur. Tanta autem pudicitia inesse debet virginibus aut castis mentibus, ut seipso quoq; erubescant videre nudos. Legimus sanctas quanta ca-virgines, præter pedes & manus, nihil in vniuerso corpore nudum videre siis menti-voluisse. Inde fuit, vt apud priscos illos monachos (quod hodie quoq; adhuc) bus inesse
apud Carthusienenses obseruatur) celeberrime obseruaretur, vt balneis non v^a Balnea cur-
terentur, non ob aliud, nisi propter pudicitia custodiā. Cæterum, quod di- virauerint
xi nuditatem spiritualē vitandam, intelligi volo, ne à charitatis ueste simus prisci no-
nudi, quemadmodum ille nudus inuentus est, qui non habens uestem nuptia- nachi.
Nuditas spi-
lem, ad cenam ingressus est, & iterum ligaris pedibus & manibus eiectus est in tenebras exteriores. Est tamen nuditas quedam etiam spiritualis vehemen-
ter affectanda, quæ est puritas cordis, qua homo ab omni amore, ab omni
propria quæstione, à phantasij, ab imaginibus & formis rerum visibilium
totus sit nudus atq; purus, quo soli Deo nudè, purè atq; simpliciter inhærente
queat. Secundò, discenda est alia minor nudatio atq; communior, Deo grata,
ut unusquisque suam nudet conscientiam confessori absq; pallio excusatio-
nis, ut non confundatur (quomodo scriptum est) pro salute sua dicere verū, Nudatio
offeratq; si quam sustinet, aut se pati arbitratur propter ignominiam in hac
denudatione, in ignominiam Christi. Verum absit vt ignominiam dicamus
confiteri peccatum suum, ac pœnitere, cū potius gloria sit. Peccare enim igno-
miniam habet, at pœnitere adducit gloriam. Scias quoq; certissimè, quod nō peccatum
solum Deo, verum etiam confessori magis eris postea dilectus, quanto purius non esse i-
perfectiusq; te illi nudaueris. Tantum absit vt odium, displicentiam, con- gnominiam
temptum, ignominiam v̄tibi apud illum comparari putes. sed gloriam.

I E S U S A D C O L V M N A M L I G A T U S F L A-
gellatur. Articulus XXXII.

T V N C ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.

Ioan. 19.

H O M I L I A XXXII.

Pilatus paulò ante cogitans, Iesum quomodo liberaret per occasionem festi, dum nititur eum promouere vt peteretur ad vitam, magis illum infamat, latroni scelerato comparans, cui tamen à Iudeis postponitur, & vilior (cui vita foret postulanda) latrone habetur. Neq; enim ei latro solum antefertur, sed Christus tunc etiam ad mortem, dum latro ad vitam petebatur. Iam videte simili modo, quomodo ad maiorem Iesu cedit pœnam, quod Pilatus tentat ipsum seruare viuum. Siquidem per flagellationem Iesu Pilatus putabat mitigandos esse Iudeos, vt videntes vehementer afflictum, cessa-rent ab inuidia & persecutione. Verum haudquam ita factum est, sed grati-s sustinuit grauissimam flagellationis pœnam, quia implacatis Iudeis, ni-hilominus tandem sustinuit mortem. Nulla enim pœna, sed mors sola Iesu implacabiles potuit pacare Iudeos. Proinde (vt dictum est) quæcumq; tenta-tit ad liberationem Iesu Pilatus, non ad liberationem, sed ad pœnæ & oppro-brij exaggerationem illi venit. Crudelissimè itaq; flagellatur Iesus ad colum-nam ligatus. Neque enim leuiter flagellatur, sed fortissimè, idq; à validis vi-zis, vbi flagellatoribus prioribus fatigatis, semper, alij noui succedebant. Vi-de au-

Flagellatio
quam fuerit
Christo ini-
uriosa arq;
pœnosa.

Cruelitas
in Iesum fu-
deorū quan-
ta.

Flagellatio
Christi tri-
plex.

Esaïæ 1.
Esaïæ 53.
Psalms 68.
Esaïæ 53.

Peccata no-
stra quantæ
sint grauita-
tis.

Flagella Dei
quam fiat
humiliter
subeunda.

Flagella Dei
cum magna
gratitudine
suscipienda.
Prover. 83.
Apocal. 3.
Psalms. 78.
Iacob. 1.

Hebreæ 12.
Lucæ 24.

de autem flagellatio hæc Christo quam fuerit iniuriosa, quam item pœnosa. Nam quod ligationem attinet probosum fuit Christo, ligari tanquam impotentem aut magum, quem vincula tenerent, aut qui soluere se nequiret. Fuit præterea hæc ligatio pœnosa. Siquidem ad columnam grandiorē (ut fertur) fuit ligatus, quam Christi brachia poterant amplecti. Proinde funibus brachia extracta perhibent nonnulli, quo manus Christi coniunctæ ligarentur ad columnam. Certè ambigendum non est, Iudeorum & eorum qui illis placere satagebant, crudelitatem fuisse tantam, ut absq; villa compasione, quicquid Christo poterant excogitate iniuriarum inferendarum, non omiserint eidem irrogare. Atq; idè inter omnia quæ Christo intulerunt, non ea sola fuit eorum cura, ut inferrent Christo pœnas & opprobria, verum etiam maximopere curabant inferendo hunc præterre modum, quo aut grauiori torquent pœna, aut maiori afficerent ignominia. Porro quod flagellatio nem attinet, fuit hæc pœnosa nimium. Fuit enim Dominus Iesus cæsus (ut multi assuerant) virgis, flagellis & vncis ferreis, qui flagellis fuerant innexi, hoc est, scorpionibus, vnde corpus eius nobilissimum delicatissimumque, complexio item nobilissima, tenerimæq; caro, lædebantur vehementissime. Caro enim tenerima non modo vulnerabatur, sed discerpebatur etiam, lacrabatur, sulcabaturq; ut locis quibusdam ossa quoquentida paterent. Tam diu autem hoc modo lædebatur & virgis & flagellis, sive in corpus, sive in brachia, crura atq; faciem, quomodo cumq; illum pertingerent, donec à planta pedis usque ad verticem capitis, non fuit in eo sanitas. Proinde benè de illo Esaïas scripsit: *Disciplina pacis nostra super eum: hoc est, disciplina quo nos corrigi debuimus, cecidit super eum: quia que non rapuit, exeluebit: & propter iniurias nostras ipse vulneratus est, & nos eius liuor sanati sumus.* O grauem disciplinam nostram, qua nostra vulnera curabantur. Vide quantæ sint grauitatis peccata nostra, pro quibus Dei filium tantundem oportuit vulnerari.

Flagellis quibusnam Deus suos electos visiter; quantoq; amore eadem ab ipso suscipienda sint.

Non deest hinc eruditio, quæ patientiæ nos admoneat, considerantes quæ benignè, quæ humiliter, quæq; promptè flagella Dei subire pro peccatis nostris nos conueniat, quando Dominus noster & iudex noster, qui peccata deberet nostra vlcisci, pro nobis ipse flagellatur, ideoq; flagellatur, ut nobis parcat. Secundò eruditur, quam magna gratitudine debeamus flagella in præsenti vita suscipere, intelligereq; ex amantissimo id corde verecum patris qui flagellat omnem filium quem recipit, sicut dicit: *Ego quos amo, ar-
guo & castigo.* Hi enim qui futura vita indigni sunt, nunc in laboribus hominum non sunt, nec cum hominibus flagellabuntur: quantum pro operibus eorum bonis paucis, hic recipiunt mercedem suam. Gaudendum igitur est inter flagella, & dum multas tentationes inciderimus, quoniā tentatio probatōrem, probatio autem spem operatur, hanc videlicet, quod simus de eorum numero, quos per multas tribulationes oportet introire in regnum Dei, & de quibus Apostolus dicit: *Quis est filius quem non corripit pater?* Nam si Christum oportuit pati, & intrare in gloriam Dei, quomodo nobis non inde gaudium bonæ spei oriatur, ut consortes simus ei futuri resurrectionis, qui socij fuimus passionis?